


ORATIO DICENDA SEV INTENTIO

in Deum actualiter dirigenda ante Missam.

PIIS ET DEVOTIS

SACERDOTIBVS.



IESV, o dulcissime Iesu, o Iesu Fili Virginis Mariae propitius
esto mihi peccatori propter nomen sanctissimum tuum. Ego
pro tui honore, & sanctissimæ Matris tuae, & S. N. & omnium
Angelorum, & Sanctorum, maximè meorum custodum, & advo-
catorum humiliter tibi servire, fideliter placere, devotè lauda-
re, purissimèque factolatrum Missæ mysterium celebrare, &
councerte, seu consecrare corpus, & sanguinem tuum iuxta ritu
sanctæ Romanæ Ecclesiæ, teq; ipsum suscipere desidero, atq; intendo: ea puritate,
intentione, attentione, deuotione, fervore, & amore, quo ego tenor, & tu vis,
& omnes Sancti, & Fideles servi tui vñquā celebrarunt, & te suscepserunt: in vniōne
illius perfectissima intentionis, & infinitæ charitatis, qua xterno Patri inaccepta-
bile, & cruentum sacrificium te ipsum pro nobis in Cruce obulisti, & qua hoc Sa-
cramentum instituisti, & ad me nunc venire dignaris: & sanctissimæ Incarnatio-
nis, Natiuitatis, Vitæ, Passionis, & omnium meritorum tuorum, & Purissimæ
Matris tuae, & omnium Sanctorum: in gratiarum actionē pro omnibus beneficijs
tuis, mibi, Ecclesiæ tuae, & toti mūdu vñquam collatis, & conferēdis: in remissionē,
& satisfacionem omnium meorū peccatorum, in remedium omnium necessitatū
mearum, ad salutem omnium vivorum, & defunctorum, præcipue eorum pro qui-
bus ego orare soleo, & debeo, & tibi placitum est, vt ore, & qui se commédave-
runt orationibus meis, in genere, & in specie, & qui pro me apud te orant, & om-
nium benefactorum meorum, & qui mihi peculiariter pro hac Missa elemosynas
præbuerunt, necnon eorum pro quibus Prælati mei hoc diuinum Missæ sacrificiū
me celebrazione intendunt, seu statuerunt. Aduiva me gratia tua, vt hoc faciam secū-
dum gratissimam voluntatem tuam, quia sine te nihil sum, nihil valeo, nihil possum,
per infinitam misericordiam tuam, in qua ego confido, & semper sperabo. Amen.

L A V S D E O .